



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph


[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

9. Septembris. 5. Idus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

Con-
cordia
volun-
tatis
huma-
næ cum
Divina.

In solis bonis Deus ita est, ut etiam sit cum ipsis, propter concordiam voluntatis. Nam dum suas voluntates ita justitia subdunt, ut Deum non dedecent at velle, quod ipsi volunt: per hoc quod ab ejus voluntate non dissentiunt, Deum sibi specialiter iungunt.



9. Septembris. 5. Idus.

Obijt
anno
1400.

Christi
dolores
piè me-
ditatur

B. VIOLANTIA, Aroucæ in Hispaniis Abbatissa: quæ juxta sacrae Regulæ monitum, nihil Operi Divino præponens, indefesso studio illud ad decorem atq; gravitatem promovisti. Contemplationi sacratissimæ Passionis Dominicæ singulari affectu dedita, acerba illius arma multis lacrymis rigare solebas. Hanc tui cordis pietatem omnes alumnæ adedò imbibere, ut tot vivas tuarum virtutum imagines post se reliqueris, quot filias. Tumulus tuus peregrinum, è cælo nempe accersitum, odorem emittit: in quem quisquis sese miseria aliqua oneratus prosternit, liberationis lætitiâ reportat. Præservat ab animi morbis, eosque sanat serius sepulchri aspectus: nec sanè horribilem illam foveam metuet, qui semper metuet.

B. GUILI-

B. GUILIELME, Congregatio-
 nis Fulienſis monache: qui Verbi Di-
 vini tam indefeſſa quàm diſerta præ-
 dicatione Normanniæ populos ad e-
 am aviditatem te audiendi accen-
 diſti, ut templa confluentem undique
 multitudinem non caperent, ſed extra
 municipia obviam quamque arborem
 pro ſuggeſtu conſcendere cogeret, ut
 tam nobili pabulo ſatiarentur. Piiffi-
 mos tamen hos labores tuos ad eò par-
 vi æſtimabas, ut circa veſperam totius
 diei actiones diſcutiens, te velut ho-
 minem nullius frugi, ac proſus inuti-
 lem amarè deſleres. *Quàm longè aliter
 æſtimat labores ſuos nugaces arrogantia
 mea! quàm ſtultè captat humana laudis
 ventos inanes! immemor moniti illius: Si
 feceritis hæc omnia, dicite: ſervi inutiles
 ſumus.*

Obijt
 anno
 1624.

Concio-
 nator
 inſignis

S. BERNARDUS, ſer. 13. in Cant.

*An blanditur popularis favor, quòd
 verbum bonum, & bene fortasse de-
 prompſeris? Sed Chriſtus donavit os,
 & ſapientiam. Nam lingua tua quid
 niſi calamus ſcribæ? & hoc ipſum
 mutuò accepisti.*

DEI
 dona
 ſunt, ſi
 quæ ſunt
 in no-
 bis bo-
 na.



Kk 6

10. Septemb.